

# The Electronic *Manipulus florum*

[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

## Conuicium q

cum uariis

Ipsa loquax nec dicax, ridiculus nec letus, arrogans nec constans, curiosus nec perspicax; tempora presens colens, preterita carpens, futura fastidians; beneficii, si rogatus est, importunus petendi, derogator negati, emulator accepti; ac si rogandus, dissimulator petiti, uenditor prestiti, calumpniator morati, inficiator soluti, odiosor ieiuniorum, sectator epularum; laudabilem proferens non de bene uiuente, sed de bene pascente sententiam.

Sydonius ibidem libro III. epistola XIII.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Conuicium q] Conuicium s P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; emulator] peti *add. (del. sub lin.)* C; rogandus] rogatus P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; dissimulator] dissimulato P V<sup>1</sup>; odiosor] odiosior P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; epistola] capitulo M